

quia, ut ait, citat. Cornelius; quamvis malitia, & compressio ventorum damnum aliquod inferat, ad ipsum tamen lentum est, remissum; & languidum: multo tamen vehementius, & horribilius damnum inferunt venti, si subito omnes eorum laxentur habent, & irruant; tunc domus, templa, turres, & arbores prosternentur.

18. Alcazar.

Impugnatur.

19.

20. Resolutio questionis. Venti denotant tentationes, & persecutiones. Daniel. 7.

Eccles. 43.

21. Vera & germana interpretatio.

22.

ros, Ne flarent super terram, neque super mare, Ferrarius. neque in ullam arborem. In quo notatur triplex genus calamitatum: Unum, quod attingit terram, & hoc illud est, quod creatur in mundo, per malos Ecclesie praesides. Secundum est, quod attingit mare, & est illud, quod creatur per malos principes, & potestates saeculi; & tertium est, quod attingit arbores, & tangit hunc vel illum hominem, homines a bonis comparantur; & hoc est, quod fit malum, a particularibus hominibus.

Triples calamitas.

23. Tribulationes iustorum breviter tractantur, & in felicitates resolvuntur.

Cant. 4.

Aponius.

24.

3. Reg. 29. Septuag. Tribulationes iustorum in felicitate terminantur.

Glossa Mor.

25. Job. 30.

persecutiones Job ad dexteram.

tissima

tissima pignora arripuit, & eripuit, ac omnibus illis parentem orbem relinquit. Quomodo ergo tam acerbe, ac crudelis ventus, tibi est a dextera? ac ab oriente? Ad dexteram Orientis calamitates mea surrexerunt: Sanè nihil adversi, nihil doloris, accidit viro iusto; quod illi ex dextera non veniat; cum eum ducat ad Christi dexteram. Eleganter Gillibert. Abbas, serm. 28. in Cantic. Iure ventus ille, ait, ad dexteram venit, cui nihil ei quaesivit, sinistram inferret: quin etiam corona gloria viro iusto comportavit augmentum, quando virtus probata enituit, & quando provocata exerevit.

Gillibert.

Apoc. 7. v. 2. Et vidi Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est, nocere terrae, & mari.

VERSIONES.

Syrus. Et ascendit ab ortu solis, habens sigillum Dei vivi.

Alia litera. Descendentem ab ortu apud D. Th. solis.

Pagninus. Habentem sigillum Dei viventis.

Arabicus. Habentem annulum Dei, &c. Dicebatque quatuor Angelis, quibus praeceptum fuerat, vastare terram, & mare.

D. August. Quibus datum est, laedere terram, & mare.

EXPOSITIO II.

26.

Vidi alterum Angelum: Id est, praeter quatuor Angelos supra dictos, vidi, ait Joannes, alterum Angelum; variè variè de hoc Angelo sentiunt, cum communi, & probabiliori sententia dicimus, Perè & propriè fuisse Angelum unum ex praecipuis, ac primatibus, scilicet Archangelis: Ascendentem ab ortu solis; Descenderat namque Angelus in terram, ut hominum salutem invigilaret: & tunc ascendere visus est Joanni: ab ortu solis: quia cum sole quasi oriri, & in Horizontem, in qua erat noster Propheta, ascendere videbatur. Alii exponunt, ab ortu solis, quia veniebat laeta, & prospera nuntiare: tum etiam quia novam laetitiam, & quasi lucem afferebat.

Angelus afferebat novam lucem.

27. Graecus.

Habentem signum Dei vivi. Graecus habet: Sigillum, quo signa rebus imprimuntur. Vide tunc autem, hoc signum fuisse crucis, ut infra latius dicam, quod est 9. Dei vivi, seu ut alii legunt, viventis, quod dictum est ad distinctionem veri Dei: à falsis Diis, qui mortui, inefficaces, ac impotentes sunt: vel sic dictum est

ab affectu: quia Deus misit hunc Angelum suum, ad vivificandos servos suos, ad servandòsque eos à communi reproborum interitu. Et clamavit voce magna; quod index est magni affectus salutis hominum.

QUESTIO III.

Circa hunc Angelum ascendentem ab ortu solis, tres ponuntur sententiae.

Variae sunt in hac re sententiae, ex quibus multae magna indigent explicatione: & primò Alcazar existimat, hunc Angelum esse Spiritum sanctum, qui signat se ipso, suaque gratia, eisque ab omni nocimento incolomes, immunes, ac liberos servat. Aut potius ait, hunc Angelum esse ipsam Spiritus sancti gratiam. Haec enim formaliter fideles, & sanctos signat: Haec sententia est valde singularis, & non benè in ea aptantur ea, quae de hoc Angelo habente signum Dei vivi dicuntur.

28.

Alcazar.

Impugnatur.

Constantinus Magnus.

Secundò alii, ut Aureolus, Lyranus, & multum probabile existimat Viegas hic, sect. 3. Lyranus, & 4. Per hunc Angelum interpretantur Constantinum Magnum, qui quatuor Tyrannos regnantes, scilicet Maxentium Romae, Maximianum in Oriente, Severum in Italia, Lucinium in Aegypto, Evangelii praedicationem impediendes profligavit: Ex quo in Ecclesia, magna pax, laetitia, & propagatio facta est. Hic enim habuit signum Dei vivi, id est, signum crucis, quod de caelo pugnatum, contra Maxentium, tanquam victoriae omen, datum est, cum hac inscriptione: In hoc signo vinces, ut tradunt Eusebius lib. 1. de vita Constantini. Nicephorus lib. 7. cap. 29. Unde tunc multi baptizati: & in ipso baptismo à Sacerdotibus signo crucis signabantur.

29. Aureolus, Viegas.

Ensb. Nicephorus.

30.

Impugnatur praedicta sententia.

Tamen haec sententia non subsistit: quia haec quae hic scribuntur, pertinent ad sextum sigillum, in quo agitur de Antichristo. Deinde illa: Centum quadraginta quatuor millia signata, ex Israël; ex tribu Juda duodecim millia signata, ex tribu Levi, duodecim millia signata, &c. Nec benè, nec cum fundamento aptantur ad tempus Constantini: nec etiam illa turba magna ex omnibus nationibus, populis, & linguis, Tempore Constantini tam universalis gentium conversio, non facta est ad Christum, ita ut turba magna confisteret: quam nemo numerare poterat.

Christus Dominus.

Hunc Angelum Christum, D. existimant Divus Ambrosius, Ansbertus, Primasius, Haymon, D. Anselm. Richard. Beda, & alii. Nam Christus ab Isaia cap. 9. num. 6. juxta Septuaginta, vocatur Magni Consilii Angelus, & à Zacharia 6. n. 12. Vir oriens: ut testatur Ioan. 6. n. 27. Nunc Pater signavit

31. D. Ambrosius, Ansbertus, Primasius, Haymon, D. Anselm.

signavit Deus. Dicitur Angelus, non natura, sed officio, missus est à Patre, ut nos reconciliaret ipsi Deo.

31. D. Thom.

Malach. Christus nascens illuminavit mentes.

Asbertus.

Christus regens illuminavit mundum.

Aretas. Christi character prospera nuntiatur.

33. In eo, quod descendit, ascendit.

34. Opera Christi monstrabit, eum esse filium Dei. D. Ambr.

Ioan.

35.

36.

Prius amoris signa Iesu, quam calamitas.

Tertull.

in servitium fuerat destinata; statim & terra maledicitur, sed antea benedicta: statim tribuli, & spina; sed ante serenum, & herba, & arbores fructuosae: statim sudor, & labor panis, sed ante ex omni ligno vitulus immnis, & alimenta secum: unde homo ad terram, sed antea de terra: Exinde ad mortem, sed ante ad vitam: ita prior Dei bonitas secundum naturam: severitas posterior secundum causam. Quid elegantius semper primas tenet divina bonitas. Inde Psalm. 20. n. 4. Canit David: Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Antea benedictio, quam maledictio; antea dulcia amore pocula, quam amarae potiones.

QUESTIO IV.

Sanctus Seraphicus Franciscus, hic Angelus ascendens ab ortu solis cum signo Dei vivi, iuxta graves Auctores.

Hunc Angelum ab ortu solis cum signo Dei vivi, Sanctum esse Franciscum, a seculaque suos, venerabiles Patres Franciscanos, affirmat Divus Bonaventura in prologo vice Seraphici Patris: Hunc Dei nuntium, ait, seraphicum Dei fuisse Franciscum, indubitabili fide videmus: si cuius in eo eximia sanctitatis colligimus: quia inter homines vivens, imitator fuit puritatis Angelicae. Cum magis Sancti Doctor dicat, indubitabili fide: id ipsum eisdem D. Bonavent. certò fuisse revelatum, scribit D. Bern. tom. 2. serm. 60 in principio, idque affirmant Leo X. Pontifex, & alii, quorum verba, ac sententia refert Sedulius in elogio S. Francisci, & Antonius Dacia lib. de stigmatibus. Quæ sententia, ut multum probabilis, altius est explicanda.

Ait Joannes: Vidi Angelum: si de Sancto Francisco est sermo, dicendum erat: Vidi hominem. At Seraphicus Pater, natura homo, puritate, sanctitate, integritate morum, Angelus. Sic ait Sanct. Bonavent. Inter homines vivens, imitator fuit puritatis Angelicae: Pro quo audiendus est Episcopus lanuensis Iacob de Voragine serm. 2. de S. Francisc. Erat ille, ait, homo Angelicus, quod probat ipse ex his, quæ dicuntur. Psalm. 103, num. 4. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros, ignem urentem. Quatuor, ait, in Angelis visuntur: Obedientia promptitudo: idè dicit, Angelos suos, id est, nuntios suos: magna puritas: idè dicit, ministros suos: fervens charitas: idè dicit, ignem urentem: Propter ista Franciscus, ait, Angelo assimilatur, quod ipse latè profequitur: enituit in prompta obedientia, in reparanda Ecclesia, in puritate: laboravit diabolus, in cor Francisci suggestioem immundam immittere, sed per carnis mortificationem omnia vicit: enituit humilitate: qua se infra exaltari virtute, sanctitate, fama, ac devotione omnium fidelium: enituit ferventi amore, quo Christum supra omnia dilexit, ita ut rotas esset configuratus cum Christo.

Unde

Volaterra. Unde ait Volaterranus lib. 21. Antropol. Franciscus conservatoris nostri per omnia seculorum typum gessit. Et D. Bonavent. in legend. Francisc. 14. O verè Christianissimum, ait, virum, qui & vivens Christo viventi, mortuus mortuo perfecta esse studeat imitatione conformis, & expressa promeruit similitudine decorari.

39. S. Franciscus sel exortus in mundos Iacob de Volag. Eccl. 4.

D. Bonav.

40. S. Franciscus portat signum Dei vivi. Cant. 8.

Guillelm.

Plus est in Francisco, quam enituitur in anima sancta.

41. V. hementissimè Christus dilexit Franciscum.

Luc. 24.

B. Maxim.

cognovit O quàm ardentissimo amore Christus Franciscum diligeret, cum in eius corpore propria sua vulnera recognosceret, quæ non erant tantum Francisci, sed potius ipsiusmet Christi.

QUESTIO V.

Magnus Parens Helias, hic Angelus apparens in ortu solis, cum signo Dei vivi, iuxta graves Auctores?

Hunc Angelum ascendentem ab ortu solis, cum signo Dei vivi, esse sanctissimum Parentem Eliam, tenet sanctus Victorinus Pictaviensis in Bibliotheca tom. 3. & sic scribit: Cum Ioannes ait: Vidi alterum Angelum ascendentem ab oriente, solum Eliam Prophetam dicit, qui anticipaturus est tempora Antichristi, ad restituendas Ecclesias, & stabiliendas magna, & intolerabili persecutione. Eandem sententiam Gagnæus, & plausibilem dicitur Cornelius Lapide; & revera sententia est multum plausibilis, multumque probabilis. Expende verba Victorini. Anticipaturus tempore Antichristi. Præ sua multa charitate Elias anticipaturus est malum, antequam advenit; in quo videtur imitari divinam conditionem, ut dixi supra hoc cap. q. 3. n. 36. & hæc sententia ex eo fit multum probabilis; quia hæc quæ hic scribit Ioannes, pertinent ad sextum sigillum; de quo dictum est in fine superioris capitis, quod sigillum pertinet ad tempus Antichristi, in quo venturus est Elias.

Gagnæus sic explicat hanc sententiam; hunc Angelum significare Eliam asserit, & bene ab ortu solis ascendentem; quia à Deo mittendus est, & sole iustitiæ Christo dicente Malachiæ 4. n. 2. Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini, magnus, & horribilis; & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percussam terram. Bene ergo, cum præmississet Ioannes in visione ventos quatuor Angelos, quibus datum, & permittum est, nocere terræ, mari, & arboribus, ut pii serveant, quibus illi nihil nocituri sunt; dicit Ioannes: se in spiritu alterum Angelum, scilicet Eliam, vidisse: Habentem signum Dei vivi. Symbolum scilicet fidei, ac charitatis, qui clamaturus est voce magna, & Angelos perniciosos, ac ministros Antichristi inhibiturus, ne permittat sibi Potestate abutantur, ut cuique noceant impediens ne verbum Dei prædicetur, nolite ergo nocere terræ & mari; quoad usque signemus servos Dei, nostri in frontibus eorum. Donec eis Verbum Dei prædicaverimus, ne unà cum pravis male afficiantur à vobis boni, & pii. Hoc tamen altius examinandum.

Ait noster Ioannes: Vidi Angelum ascendentem. Si iste Angelus est Elias, cur non ait: vidi hominem, sed Angelum; Elias puritate, ac sanctitate Angelus est; Angelicam vitam agens in terris D. Chrysol. citatus in catena aurea ad cap. 4. Luc. num. 25. Elias terrestris Angelus, homo celestis. Deinde ait noster Ioannes: Vidi ascendentem, non dicitur, venit missus est; sed dicitur

Victor. Pictaviens.

Gagnæus.

Malach. 4.

Elias puritate Angelus. D. Chryf.